



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 5. De ministro Sacramenti Ordinis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

perinde ac majorum esse sacramentalem materiam, idque cum propria forma, prout etiam significauit cum consequenter, proposita Sacerdotij forma, subiunxit. Et sic de aliorum Ordinum formis.

Nec obstat, quod de talibus materiae, & formis, nihil habeat ex sacra Scriptura: quia, ut loco citato bene ait Gregor. à Valen. in responsione ad primum argumentum, sufficit de illis cōstare ex perpetua Ecclesiæ præci: cuius cum non inueniatur initium, ad Apostolicam traditionem non scriptam retinuenda est: iuxta regulam D. August. lib. 4. contra Donatistas cap. 24.

Neq; etiam obstat, quod actum minorem ordinum licite sicut non ordinari, ideoque nihil supernaturale habere videantur, quod neque absque sacramento praestari. Non obstat inquam: quia non est essentiale omni sacramento Ordinis, ut institutur ad actum qui nequeat vlo modo, valide aut licet absque eo exerceri. Nam epistolâ etiam soler quan-  
doque is legere in Ecclesiæ, qui Subdiaconus non est. Itaque id conferi potest quidem altioribus Ordinibus conuenire, propter praestantiam illorum actuum ad quos instituuntur sed de inferioribus dici potest, quod sicut instituti ad quosdam actus ecclesiasticos, ut iij fiant sanctus, & reli-  
giouis; utpote supernaturales, si non absolute, & secundâ  
; saltem ut referantur ad celebrationem sacrificij Missæ:  
non autem vt nullo modo sine istem Ordinibus exerceri  
licet queant. Nam tale exercitum non esse alienum à ra-  
tione sacramenti patet: quia eti si confirmationis institutum ad  
actum tuendi, & confitendi fortius fidem: non obstat ta-  
men, quin nondum confirmatus possit diuina gratia adiu-  
tus talem actum exercere.

Quod autem idem Ordines characterem simul impi-  
mant, inde probatur; quod omne sacramentum in quo cha-  
racter non imprimitur sit iterabile. Minoris autem Ordini-  
nes sunt iterabiles; ut ex patet, quod si illis initiatus ad laicalem statum se transferat, rediens ad clericalem non  
initiatur denuo: queratio h. betur in Suppl. 3. par. D. Thomæ  
quæf. 35. art. 2. Idem docens Henriquez lib. 10. cap. 14. §. 2. plu-  
ribus in margine citata litera N, addit hilomitus, si quis illi-  
ciceiterat, non fieri irregulareret, quia id non est in iure ex-  
pressum. Addit erat tria nota digna, que in cit. q. 35. art.  
3. 4. & 5. docentur ex professo.

Primum est: Ordinem, sicut reliqua sacramenta, supponere characterem baptismi ex ea, primo & ultimo. De Pres-  
byt. non baptiz. itemque ex eo, quod baptismus sit ianua  
omnium sacramentorum, prout definit Concil. Florent. in  
instru. Armen.

Secundum est: Non supponere characterem confirmationis, nisi ex congruitate, pro quo plus aliis authores idem  
Henriquez citat, in marginis. P. Vnde fit quod habet à Vi-  
ctor. in summa De sacram. num. 232. sub finem, ut si quis or-  
dinetur ante quam sit confirmatus, Ordo teneat. Immo, vt  
idem patet, si qui ex negligenti confirmationem præteriret,  
non peccaret mortaliter, licet male faceret.

Tertium est: De necessitate quidem præcepti, Ordinem superiorē presupponere characterem Ordinis inferioris: no-  
tamen de necessitate sacramenti, ita accipiens Ordinem superiorē præmissi inferiori, verbi gratia Diaconatum non dum accepit. Subdiaconatu, mortaliter peccet quidem, Ordinatio tamen sit valida & cum impressione characteris illius Ordinis: ideoque non iteranda, etiam si ordinatus su-  
spensus sit ab vsu Ordinis, quem sic acceperit, donec in eo sup-  
pleatur inferior Ordo ab ipso omisus. Ita habetur ex cap.  
vñico De clero. per sal. um promoto: vt glossa, verb, mini-  
strare, monit ordinationem Episcopi non esse validam, nisi  
si qui ordinatur iam sit Sacerdos: iuxta illud quod in cap. Ex  
literis De ex. celi. Prælat. dicitur, Pontificalis officium sine al-  
taris Ministerio non valere impleri.

Pro maiore autem intelligentia est. Etis Ordinis Sacer-  
dotalis refat notandum, eisdem Ordinis collationem co-  
tinente duas ceremonias præcipias, ut constat ex Rituali  
Pontificali Roman. Vnam qua Episcopus futuro Sacerdoti  
porrigit calicem cum vino, & patenam superpositam cum  
pane: ac dicit. Accipe potestatem offrendi sacrificium, &c.  
Alteram qua post Missam, idem eidem manus imponit, &  
dicit, Quorum remiseris peccata, remittuntur eis, &c. Atque

per priorem ceremoniam conferri potestarem super Chri-  
sti corpus verum, seu consecrandi panem, & vinum in cor-  
pus & sanguinem Christi, simulque in signum eiusdem po-  
testatis imprimi characterem sacerdotalem: ut argumento  
est, quod ordinati, iam tunc sint vere Sacerdotes: utpote  
idonei ad sacrificandum, prout satis indicat Ecclesiastica  
ceremonia quia cum Episcopo ordinatore proferunt verba  
consecrationis. Immo ipsa Christi institutio ostendit: nam  
potestatem eam conferendo discipulis in ultima cena  
(per ea scilicet verba Luca 22, hoc facite in meam com-  
memorationem, ] fecit eos Sacerdotes, prout definit Concil.  
Trid. s. 22. cap. 1. & can. 2.

Per posteriorem ceremoniam vero, cum diuina gratia  
augmento conferri potestarem supra corpus Christi mysti-  
cum, sest potestarem absoluendi a peccatis Christi fideles.  
Quam non conferri, sed tantum declarari collatum cum il-  
la priori qui dicunt, reselluntur ex eo, quod verba, Acci-  
pite Spiritum sanctum, &c. significant presentem collatio-  
nem potestatis, cum gratia Spiritus sancti; aut certe frustra  
dicuntur: quod Concil. Trid. s. 23. can. 4. sub anathema-  
tione prohibet dicere. Item ex eo, quod aperte sacra literæ  
eisdem manuum impositione trubant illius ordinis sacra-  
mentalem gratiam: ut cum in priori ad 1. moth. ca. 4. ait Apo-  
stolus: Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est  
tibi, per prophetam cum impositione manuum Presbyteri. ] Et in posteriori ca. i. Admoneo te ut refusiles gratiam  
Dei quæ est in te; per impositionem manuum mearum.  
&c. ] Ac certe cum Christus habet potestatem in Ecclesia  
instituerit post resurrectionem ( ut patet ex Concil. Trid.  
s. 14. cap. 1. & 5. ac can. 3.) dicendo Discipulis suis Ioh. 20.  
Accipite Spiritum sanctum: quoru remiseritis peccata re-  
mittuntur eis, & quoru retainuntur retenta sunt: ] sicut  
negari non potest, quin tunc de facto contulerit gratiam,  
& potestatem nondum concessam: ita nec debet negari,  
quoniam ex eiusdem Christi institutione, de facto etiam detur,  
prout dictum est, gratia, & potestas Sacerdotalis. Quod qui-  
dem non obscure Concil. Trident. in eadem s. 14. cap. 3.  
De extremaunctione significavit, dicens proprios illius sa-  
cramentis Ministros esse, aut Episcopos, aut Sacerdotes  
ab ipsis rite ordinatos per impositionem manuum Presby-  
teri.

Vnde potest id deduci quod Henriquez exprefit in cita-  
to lib. 10. cap. 6. §. 3. quod si Parochus, qui ab Episcopo ob-  
morbum deficiente, priorem tam partem acciperet: sub-  
ditos in quos haber iurisdictionem tentaret sacramentaliter  
absoluere, irrita esset absolutio: quia decesset necessaria  
potestas Ordinis, tenereturque curare ut per alium Episco-  
pum, si idem non possit, suppletur sibi collatio potestatis  
absoluendi, que datur per impositionem manuum dicendo: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseris peccata,  
&c.

Aduerte autem, quod idem habet sub finem præced. §. 2.  
hanc posteriorem potestatem dari quidem cu nouæ gratia  
augmento, ad eam quæ data est cum potestate consecrandi  
Eucharistiam, prout satis patet ex dictis in præcedenti nu-  
mero, non dari tamē cum nouo charactere, sed cum per-  
fectione, & extensione illius, qui prius impressus fuit, cum  
daretur ipsa consecrandi potestas. Sicut enim utraque potes-  
tas est viuis Sacerdotis: sit sufficiens vno sacerdotali cha-  
racteri significari potest.

## CAP V T V.

## Deministro Sacramenti Ordinis.

## S V M M A R I V M.

23. Ordinariorum Minister Sacramenti Ordinis est Episcopus con-  
secratus: non licet tamen cultus: s. E. i. s. o. quoniamlibet Or-  
dinare ordinari.

24. Delire. is dimissoris, qua: un vñ potest quis ab alio Episcopo  
quam suo proprio ordinari.

25. Non potest Episcopus simplici Sacerdoti committere admini-  
istrativum Ordinem minorum. Papa. au: em potest: mi-  
nistris vero, non Sacerdoti.

26. Quo tempore Ordines conferendi sunt.

- 27 Quo item loco sint conferendi.  
28 Temporibus interstitia in collatione Ordinum servanda.

23.

**O**rdinarii sacramenti huius ministrum esse Episcopum constat ex Concilio Trident. sess. 23. cap. 7. & 8. Quod intellige de Episcopo quocumque consecrato: etiam si dignitati renuncauerit, aut depositus vel degradatus sit, excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus, aut etiam haereticus: non autem de non consecrato, etiam si iurisdictionem habeat: quia potestatem conferendi Ordines, Episcopus habet ratione Episcopalis Ordinis, non ratione iurisdictionis. Non potest tamen quilibet Episcopus licite quoslibet ordinari: sed eos solum quorum est Superior, ex cap. Eos qui, De temporibus ordinationum, in sexto. Superior autem in hac re, ex sequi n. cap. Cum nullus, intellegitur esse Episcopus, de cuius diecesi oriundus est qui ad Ordines promoueri desiderat, aut in cuius diecesi habet beneficium Ecclesiasticum requirens residentiam: aut in eadem (licet alibi natu fuerit) habet domicilium. Immo Episcopi titulares (ne quidem in loco nullius diecesis) possunt illis Ordines conferre. ex Concil. Trident. sess. 14. De reform. cap. 2. nisi de expresso proprio Episcopi conferent, aut acceptis eiusdem dimissoriis literis: cum quibus posse quem licite ab alieno Episcopo ordinari, communis vobis latius ostendit.

24.

Circa quem adverte ex eodem Concil. Trident. sess. 23 c. 3. De refor. Episcopum debere quidem per se Ordines conferre suis subditis: aegritudine tamen impeditum, iam probatos & examinatos posse mettre ad alium Episcopum ordinandos. Quanquam vobis obtinet, etiam post idipsum Concilium, ut Episcopus concedat dimissorias literas sine examine, & committat examinando ab ordinatore, onerando eius conscientiam. Qui quidem non deberet ordinare, nisi in predictis literis causa exprimatur, propter quam ab Episcopo proprio non ordinetur.

Porro quantum de iure antiquo ex citato cap. Cum vobis, vel ex recepta consuetudine Vicarius generalis Episcopi; & sede vacante, Capitulum, seu ille ad quem tunc pertinet administratio spiritualium: itemque Abbates & alij exempli, tales literas sine subditis dare poterint: iure tamen novo Concil. Trident. sess. 23. cap. 10. De reformatio reseruata est Episcopo proprio: itaque eas concedentes, si suspendantur ipso iure ab officio & beneficio per annum: nisi quod in predict. cap. 9. concedatur Episcopo alieno, ut ordinare possit familiarem suum non ei subditum, si per triennium secum fuerit committeratus, & beneficium quacunque fraude cessante, statim recipiat illi conferat. Ex i. sess. 7. cap. 10. permitiat Capitulo ut literas dimissorias concedat in duobus casibus. Prior est, cum sedes vacat ultra annum: posterior, cum quis Ecclesiastici beneficij vel recepti vel recipiendi occasione coarctatur; illud perditur, nisi tunc temporis ordinetur.

25.

Simpliorem Sacerdotem posse Summi Pontificis commissione conferre minores Ordines, patet ex eo quod dicatur in cap. Req. i. sui. De ordinatis ab Episcopo po. qui revinunt. aut E. i. cop. si eos a non Episcopi quandoque conferit: nempe ab Abbatibus quibus ab Episcopo (secundum morem eos proficiendi) facta sit manus impositio, quoque constet Sacerdotes c. sc. ex cap. Quoniam vi. emis. diff. 69. & ex cap. Cum contingat, De ex parte, & qualitate, atque ex alijs multis iuribus, quemadmodum notat a Victoria De sacram. n. 234. Quodquidem illi Concilium Trident. sess. 23. cap. 10. Derefinit. non denegat quoad regulares ipsis subditos. Addit ibidem a Victoria ex D. Thoma, Episcopum non posse non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines etiam minores: siue committat, nihil fieri: neque Papam posse committere non Sacerdoti: quia licet habat plenissimam potestatem circa corpus Christi mysticum; circa corpus tam Christi verum, non habet maiorem potestatem quam alius Sacerdos. Quia ergo potestas conferendi Ordines supponit potestatem supra corpus Christi verum, iuxta illud quod in cap. Ex literis, De excessibus Prael. dicitur. Ponitale officium sine altaris ministerio non valere adimpleri, non potest alteri committi quam Sacerdoti, qui solus habet potestatem supra corpus Christi verum.

De tempore quo Ordines conferendi sunt, certum est quemlibetorum posse conferri in sex anni temporibus: nempe in sabbathis quatuor temporum, in sabbatho ante Dominicam Passionis, & in Sabbatho sancto ex capitulo De temporibus ordinationum.

Certum est secundo posse quolibet anni tempore conferri Ordines minores, diebus Dominicis aut festis maiores vero non posse ex eod. cap. tertio & precedenti primo. Primum tonsuram autem conferri posse quocunque tempore notant A gelus in verbo, Ordo 4. §. 1. & Syll. eodem 2. q. 6. dicto 2. in fine rationem reddens, quod consuetudo generalis Ecclesiastica habeat. Consecrationem vero Episcopi, posse fieri quolibet die Dominicino notat in ead. q. 6. Syll. & in verbo, Consecratio, primo quart. 3.

De loco in quo conferendi sunt Ordines ab Episcopo notat Sylvestris Ordo 1. quart. o. 2. a. minores Ordines conferri posse in quacunque Ecclesia proprii Episcopatus. De maioribus vero debere conferri in Ecclesia cathedrali Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. De reformatio statuit: addens, quod si alibi in diecepsim iusta de causa conferendi sint, dignior quantum fieri poterit Ecclesia semper aedatur, & praesente Cleroloci conferantur. Quamquam post id ipsum Concilium vobis remansit, de quo ibidem Sylvestris ut conferantur in qua voluerit Episcopus Ecclesia sui Episcopatus: publice tamen coram populo.

Nota ex eodem Concilio in sequenti cap. II. Ordines minores esse conferendos per temporum interstitia, nisi alius Episcopo magis expedire videatur. Quos omnes posse eodem de conferre habetur ex cap. 2. De eo qui ordinem futurius suscepit: vbi glossa id ad verba n. minores, annot. in mo si sit coniunctio poterit prima tonsura simul dari cum minoribus Ordinibus, vt post Syll. Ordo, 2. quart. 7. nota Armillae eodem verbo num. 6. Non poterit autem Subdiaconatus sine dispensatione Papae, vt idem ex Bon. c. & H. st. addunt: sicut nec duo Ordines sacri possunt sine eadem dispensatione simul conferri ex cap. Literas, &c. Dilectus, De temporibus ordin. Quod si alter fiat, ordinatus suspenditur a collatione, & ordinatus ab executione Ordinum sic collatorum: idque donec Summus pse Pontifex aliter disponuerit, vt ex iisdem cap. habetur. Neque in hac dispensatione regulares obtendere sua priuilegia & induit: quoniam a Concil. Trid. in sequenti cap. 13. omnia retinuntur: nisi sicut post idem Concilium renovata per Papam: qui dispensare potest in eo iure.

Nota adhuc ex eodem Concil. in prius memorato cap. 11. non licere minoribus Ordinibus initium promouere ad laicos Ordines, nisi post annum 11 susceptione postrem gradus corundem minorum Ordinum: excepto cateneffitari, aut Ecclesiasticali utilitatibus aliud exposcens. Item ex memorato sequenti cap. 13. promotum ab Subdiaconatus Ordinem non permittit altiore gradum ascenderet: nisi per annum falso sit in eo versatus, aut nisi alius Episcopo videatur. Ac demum ex consequenti cap. 14. alium annum requiri, vt a Diaconatu possit quis promoveri ad Presbyteratum, nisi ob Ecclesiasticali utilitatibus & necessitatibus aliud Episcopo videretur; vt in casu de quo postea num. 5. nobis tertio.

## CAPUT VI.

## De sufficienibus Sacramentum Ordinii.

## S V M M A R I V M.

- 29 Incapaces sunt omnino Sacerdenti. Ordinum tam nondum baptizatum etiam famine.  
30 Quilibet masculus capax est eiusdem Sacramenti, inserviant enim multi que aliam non potest. Littere v. n. ser. 31 Notanda de eodem infante, de impedimento Ecclesiastico, & de intentione recess. r. 32 Requisita ad Sacramentum hoc non sunt: tam non valide sed etiam li. ite sufficiendum.  
33 De scientia requisita.  
34 De titulo requisito.  
35 De scrutinio seu examine premitendo & dinatione.

Notas